

ut ab omni solutione custumarum omnium et singularum bonorum ac mercium, quas secundū reportarint ab illis locis sic noviter inventis, liberi sint et immunes. Et insuper dedimus et concessimus eisdem ac suis heredibus et deputatis, quod terræ omnes firmæ, insulæ, villæ, oppida, castra, et loca quæcumque, a se inventa, quotquot ab eis inveniri contigerit, non possint ab aliis quibusvis nostris subditis frequentari seu visitari, absque licentia prædictorum Joannis et ejus filiorum, suorumque deputatorum, sub pena amissionis tam navium sive navigiorum quæcumque bonorum omnium quorumcumque ad ea loca sic inventa navigare præsumentium.

Volentes et strictissime mandantes omnibus et singulis nostris subditis, tam in terra quam in mare constitutis, ut præfato Johanni et ejus filiis ac deputatis bonam assistentiam faciant, et tam in armatis navibus seu navigiis, quam in provisione comitatus et victualium pro sua pecunia emendorum, atque aliarum rerum sibi providendarum, suos omnes favores et auxilia impariantur. In cuius etc. T(este) R(ege) apud Westmonasterium quinto die marci.

(Si trova lo stesso documento nel *Chancery Signed Bill 11 Henr. VII*, n.º 51, che è quello di cui or ora (docum. VI. A) abbiamo dato il principio e la supplica che lo precede. Una copia del medesimo è negli atti dell'anno 4.º d'Edoardo VI. (*Patent Roll. 4 Edward VI*, Part. 6, membr. 10).

(Il Rymer, *Foedera*, non fa che accennarlo, loc. cit., p. 85; il Nicholls, p. 24, lo dà soltanto tradotto in inglese, ma il testo latino è ora stampato in BARRETT'S, *History of Bristol*, 1879, p. 171).